

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De primo gradu profectus spiritualis, Patru[m] tertij anni, & cuiusuis  
Religiosi, ac vitae spiritualis studiosi, sito in profectu in humilitate. Cap. XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

dum est , quibus in rebus situs sit Profectus proprius Patrum , qui in tertio probationis anno versantur , in nostrâ Societate . Quorum tamen capitum lectio , alii quoque extra Societatem , utilis sine dubio erit : illarum enim virtutum explicationem , & commendationem continebunt , quæ etiam in sacerdotali statu viventibus omnino suo modo & gradu , necessaria sunt , si perfectè Deo in suo statu seruire velint .

CAPVT DVODECIMVM.

*De primo gradu profectus spiritualis, Patrum tertij anni & catus suis religiosis, ac vita spiritualis studiosi: sito in profectu in humilitate.*

183; Proprium profectum Patrum tertij anni, in  
Societate nostrâ puto non posse melius di-  
gnoxi, quam ex illis occupationibus, quas  
S.P.C. &c. S.P.N.Ignatius, & Societas, in Ordinationibus  
&c. 2. S. I. suis assignat: scilicet, profectum in humilitate, &  
Ordin. abnegatione, & uiueri sensuali, voluntate, &  
& c. 7. D. 3. iudicij proprij, & maiore cognitione, & amore Dei.  
Et quoniam multa essent dicenda, si omnia  
memorare vellem quæ ad hæc sex capita perti-  
nent, ego tantum vnam rem in singulis attin-  
gam, quæ sat bonum erit indicium, boni pro-  
fectus.

**184.** Primo quoad humilitatem. *Animi in virtute progressus*, inquit S. Basilius, *in humilitate progressus est*. Et S. Dorotheus: *Quemadmodum virtus omnis ex humilitate gignitur*, & cum humilitate producitur, & exercetur, ita virtutum omnium absoluta perfectio, humilitate compleatur, siquidem omnium fanatorum profectus, atque perfectio, accessus quidam est, & progressus ad humilitatem. In tertio anno, primo, affuerent, neminem iudicare & censurare, & sua tantummodo mala, & non alterius considerare. Hoc enim modo humilitatem acquiri, docebat quidam laudatus senex in Vitis Patrum 1.3.8.171. apud Ruffinum.

185. Secundò, signum certum, profectus in illâ, est, si quis, ex tertio anno discedat, cum stabili resolutione, non curand ea, quæ eum deinceps humiliare, & contemptibilem reddere possent, coram aliis: Quod contingit, dum non promovetur quis ad officia speciosa, & ad gradus honorificos, ad quos alios videt promoueri, non magis suo iudicio dignos. Vno verbo, cum quis in tertio anno acquirat primam literam Alphabeti spiritualis, quod proponit S. Bonaventura: *Ama nesciri, & pro nibilo reputari.* Alioquin ait S. Bernardus, *non bonus est color, si quispiam sanctorum, anxiè suam abiectionem ferre videatur: de quo etiam, & non gaudere, & non gloriar, minus est à perfecto.* Porro in proposito perfectionis, (qua in tertio anno abundantius squatur), apparere

imperfectū, nequus est. *Humilis enim, vt sit idem* Ep. 41.  
*S. Bernardus, est contemptus propria excellentia.* Et In regi-  
vt *S. Basilius scribit: Humilitas exercitatio in rebus*  
*contemptibilis exercitatio est.* Sicut superbia à S. brevi-  
Augustino definitur: *Amor propria excellentia.* Vi-  
tum, quod origine primum est, & in confusione vlti-  
mum: inquit Cassianus, & S. Bernardus libro de  
Ordine vita. Hinc vt scribit Ferdinandus de  
Castiglio, cùm S. Thomas Aquinas interroga-  
tus esset, quod signum esset profectus alicuius  
in vita spirituali: respondit: *Qui delectatur risu &*  
*& dissolutione, qui appetit honores, qui agit fert vitem*  
*de se hominum opinionem, tali, etiam si miracula fa-  
ceret, non esset perfectus.* Quin & Plutarchus libro  
cicato, ad indagandum profectum in virtuti-  
bus, examinare iubet. *An gloria cupiditate care-*  
*mus: an amulem cura inuidentium.* Et S. Ignatius, de doct.  
*ex desiderio contemptus & opprobrii, ait nasci humili- Vx. 1.  
tatem.* Hac virtute humilitatis, quia ornata fuit P. 1. par.  
S. Paula, de eâ S. Hieronymus ad Eustochium Ep. 17.  
eius filiam scribens ait: *Tantâ se humilitate deu-  
cit, vt qui eam vidisset, ipsam esse non crederet, sed an- l. 4. 39.  
cillarum ultimam.* Et B. Iustinianus, inter indicia  
humilitatis, ponit huc: *si quis omni ruitate con-  
tentus sit, & ad omnia que sibi præbentur, se velut opera-  
rium malum, iudicari indignum.*

Hanc primo loco, S.P.Ignatius, & Societas 186.  
Patribus tertij anni commendauit,tum ob cau-  
fas, à me in. Opusculo de gradibus humilitatis cap. 2.  
allatas,tum quia vt at Caffianus , de hmnilitate,  
mortificatio voluntatis, (de quā postea agetur) ge  
neratur.tum quia, vt idem ait, Non potest quisquam L.4.c. v.  
perfectionū finem ac puritatem attingere nisi per humili-  
tatem veram, quam primutus fratribus reddens, Deo  
quoque in penetralibus cordū exhibeat. Tum quia vt L.6.ord.  
ait S.Bernardus: summa virius Monachi , humilitas vit. coll.  
est, summum rituum eius superbia. Et, ob defectus  
humilitatis, quos ibi enumerat, fieri, quod ex ho-  
rum multitudine qui facultum deferunt, rari valde in-  
ueniantur, qui mortificati viriū, ascendere contendant,  
ad perfectionem viriū.

Ad humilitatem autem studium ardens: pri- 187.  
mò exaltare nos debet, magnum præmium in  
cælo à Christo promisum. Qui se humiliat exal- Math.  
tabitur. Si id penetraverit, quād dulcis no- 23.12.  
bis esset omnis noster contemptus. Dic ora, in-  
quit S. Chrysoftus, si quid te ad regnum terrestre,  
& imperium vocaret, atque ante ingressum eius ciuitati-  
tū, in quā coronandus es, in stabulum duereres? es-  
set necesse, ubi luti plurimum ac fini, viatorumq; ta-  
multus, ac latronum perturbatio, summa pressura, &  
angustia, num ad illa tristitia cogitatione converterit  
an non illa omnia, quasi nihil essent, gudio & spe re-  
gni, contempneres? Per quam igitur ineptum, & indi-  
gnum est, terrenū, mortalib⁹, rebus potius, nihil  
hinc quā interim inciderint, contrahit, eterni autem re-  
gni elatum, atque eructum. & ad celos accersum, per  
singula quā in diuersorio accidentia tristia, decidere,  
atque perturbari?

Secundo, Christi exemplum, dulce reddit stu- 18.  
dium,

Philip. diu, & occasiones humilitatis. Exinanuit &  
2.7. humiliavit semetipsum &c. Pondera verba B. Vir-  
go, quemdam armans, sic allocuta est, coram S.  
1.4. seu. Brigittā: Fili adhuc desicit clypeus vobis. Itaque ad  
cap. 7.4. clypeum duo pertinent, scilicet, fortitudo & signum  
Dominii, sub quo militat. Ergo clypeus significat con-  
federationem amara passionis Dei, qua debet esse in se-  
nistro brachio iuxta cor, ut quoties delectat animum  
volupias carnis, considerentur luores Domini: quoties  
verò pungit & contristat animum despectio, & ad-  
uersitas mundi, remorenentur paupertas & oppro-  
bria Christi: quoties verò delectat honor, & longa vi-  
ta carni, recognitet amara mors, & passio Christi.  
in hist. Hoc fuit in illa sanctissimā Virginē, habitu pro-  
Lauf. s. stulta, in Monasterio Virginum Tabennecot-  
tatum de quā Palladius scribit, sic: In quodam  
monasterio sui Virgo, que propter Christum simula-  
bat stultitiam, & se emota esse mentis praeservens, per  
hac virtutem optimè exercuit, se in ea praelare gerens,  
se, reddens abiectam, & humilem. Hanc vsque adeo  
reliqua sunt affernata, ut nec cum ea quidem vesce-  
rentur id illa excipiente cum latitia. Discurrens itaque  
in culmine exhibebat aliis omne genus ministeriorum, ad-  
ed vi nec horam quidem vnam intermitteret, sed tan-  
quam ancilla seruire, eratq; hec beata, vt dicitur,  
Spomia monasterij. Re verā implens, quod scriptum est  
in Evangelio: Qui vult inter vos esse magnus, sit om-  
nium serua & misericordia. Et rursus alibi: Si quis inter  
vos videatur esse sapientem in hoc seculo, sit statim vt fiat  
sapientia. Atque aliarum quidem Virginum, erat hu-  
iusmodi habitus, ut essent tunc, & haberent cuculos in  
capite illa verò, panno caput obvoluta, obibat eam  
ministerium. Eam nulla ex trecentis vidit mandentem  
omnibus annis vita sua. In mensa namquam sedet, ne-  
que unquam fragmentum pani comedit, sed micas  
mensarum spomia colligens, & ollas lauanas, hi erat  
contenta. Neque vero ea vnguam induit calceos, nec  
aliquem affectit consumeliam, non murmuravit, non  
parvum, non magnum, quid locut a est, et si consumeliam  
afficeret, & pugnis underetur, & maledictis appe-  
retur, & plurimi eam abominarentur. De hac San-  
cta Sancto Pitrym Anachorete, viro probatissimo in  
virtute exercitationis, afflitus revelans Angelus, qui ei  
dixit: Cur tibi places, & te magnifice circumspicis, ob-  
ea, qua à te recte, & ex virtute geruntur, ut qui sis  
pius, & religiosus, & sedes in hoc loco: ut videre ma-  
lierem, te magū piam, & religiosam: abi in Monasterio  
seminarum Tabennecotorum, & inuenies illuc  
vnam, que habet diademata in capite (hoc est caput  
ciuctum telā aliquā), instat diadematī, quo  
olim Reges Ethnicī vtebantur, non verò te-  
ctum cucullo, ut suprā dictum, quo honoratae  
Virgines vtebantur, & caput regebant, ita ve-  
rò tanquam honore indigna, illo carebat, sed simpliciter obvolutebat caput lineo aliquo,  
tanquam abiecta & vilis) ea te est malior, que cum  
tanā turbā decertans, & omnibus indiscriminatim  
seruens, cor nunquam abdixit à Deo, et si, ab omni-  
bus superbē contemneretur. Tu autem, et si hic sedes,  
per urbes tamen vagaris cogitatione, qui orbem ha-

bitabilem, namquam calcasti pedib; Surgens autem  
Magnus Pitrym, venit usque ad Monasterium Ta-  
bennecotorum, & rogat Magistros, ut licet illi tran-  
ferre, usque ad Monasterium seminarum. Ut qui ergo  
est in exercitatione, bono & confidenti animo,  
transmissō fluit, cum introducerent. Cum autem  
orasset petuit Magnus Pitrym, ut Virgines omnes co-  
ram se ex facie videantur. Cum omnes ergo ad medium  
acecessissent, illa non apparuit. Tandem ei dixit, S. Pitry-  
rum: Cunctas ad me adducite. Cum autem dicerent,  
adsumus omnes, dixit ei, deest vna, quam ostendit mihi  
Angelus. Ex verò dixerunt, vnam habebitis salē, que  
est in culmine (sic enim vocant illi eam, que non sunt sa-  
na mentis) dicit illi Magnus, illam quoque adducite,  
sinite ut illam videam. Iacerunt itaque ad illam vocan-  
dam, illa verò nequaquam obediret, ut que rem senti-  
ret, nam illi quoque forte fuerat realatum. Eam ergo  
vi trahunt, ipsi ducentes, S. Pitrym vult ut videre: erat  
enim in magni nominis. Ea ergo adducta, vidit Ma-  
gnus, eius faciem, & pannum in capite & fronte eius,  
(sicut apud Septemtrionales, ancilla tuulicane  
solent regere capita) & cadens ad pedes eius dixit:  
Benedic anima, cadens autem ad pedes eius, ipsa quo-  
que dicebat: Tu mibi benedic Domine nřs. Cum autem  
hoc cuncta vidissent, obstupuerant, & ei dixerunt: Ne  
tibi fiat probrum at vituperium, est enim sale. Eis dis-  
cit S. Pitrym: Vos estis sale, bac enim, & me & vobis  
melior est anima: (sic enim vocant matres spiritu-  
ales) & quoso, ut ea digna inueniar in hora iudicij.  
Ez autem cum audirent, ecclaserunt ad eius pedes flen-  
tes, & consolantes omnes, quod beatam diversi modis  
afficerent consumeliam. Alia quidem dicunt, ego hanc  
semper subsannabam, alia, ego eius humilium habebimus  
irridebam: & alia, ego eam tacentem, afficiebam con-  
sumeliam: alia quidem dicens, ego quadrum eluum sape  
in eam effudi: alia, ego illi plagas inflisi: alia rursus,  
ego sum, que ei pugnos incepisti: alia rursus, ego snap-  
nare eius inflexi, & ut sim dicam, significabant  
omnes, se eam variis affectis consumelitis. Cum ha-  
rum ergo confessionem exceperit S. Pitrym, & pro eis  
simil cum ipsā orasset, & dia effet consolatus vene-  
randam Dei seruam, sic exiit. Paucis autem post diebus  
cum ab omnibus valido honoraretur, & obseruaretur,  
non serens Beata gloriam, & honorem quo afficeret  
ab omni fraternitate, & excusationes, omnis esse ar-  
bitrari, clam exiit ex Monasterio, & quoniam iuerit,  
aut quem locum subiherit, aut ubi obierit, nemo co-  
gnovit in hodiernum diem. Hæc Palladius de hac  
incognita Sancta, cui nomen erat Isidora, ut ait  
nolter Raderus. Imitemur ergo sapienter stol. in Vrid.  
tam, quæ Christi exemplo, qui se nostri causā  
exinanuit, & humiliavit, magis quam ullus  
Sanctorum facere poterit, nos quoque pro  
Christi amore, & imitatione, fugiamus loca of-  
ficia, gradus speciosos, & honorificos, ac opte-  
mus, & latemur, stulti haberi, in dōli, imperfe-  
cti, ignobiles, rudes, ad nihil apti, inepti ad omnia,  
& existimari ad tractari cum Apostolo, tan-  
quam omnium peripeta. Hac ratione erimus  
1. Cor. 4.  
Y y 2. veri 13.

veri discipuli, & imitatores Christi, in humilitate.

489.

Tertio moueat exemplum Ethnicorum, qui heroicè tolerauerunt degradations, contemptum, iniurias, & ea quæ verè humiles tolerare solent. Cum Dionysius Tyrannus regno pulsus interrogaretur, quid illi Plato, & Philosophiæ studiorum profuisse respondit: Ut tantæ fortunæ mutationem & quo animo feram. Et Diogenes, percontanti cuidam, quid lucri ex Philosophiâ caperet: ut nihil, inquit, aliud, certè hoc, ut ad omnem fortunam sim paratus. De adolescenti verde quodam scribit Alianus: Cum Zenonis scholam, litterarum causâ frequentasset longo tempore, reveritus, à patre interrogatus, quidnam sapientia didicisset? dixit se ostensurum. Pater indignatus, verbena illi inflixit; at ille modestè patienter, serens: hoc inquit ipsum didici, ut iram patris moderarem. Si ergo schola Ethnicorum, tantopere Ethnici profuerint quid in schola affectus PP. tertij anni, in quâ Spiritus sanctus docet intus, Christus exemplis suis instruit: si tanti ibi fuit vitrum, ut loquitur S. Hieronymus, quanis pretiosissimum margaritum nobis esse debet?

Ep. 103.  
ad Paulini-  
num.

190.  
1. 34. mor.  
cap. 18.

Quard moueat; quia ei contraria superbia, ut ait S. Gregorius, est radix omnium vitiiorum, & vnu virtutu extinctione non est contenta: contra cuncta membra anima se erigit, & quasi generalis at peccaser morbus, omne corpus corruptit. Ideò qui omnes virtutes consequi, & conseruare cupit, per humilitatis studium, hoc vitium extirpare contendat. Quomodo autem habeat quandam influentiam superbia in omnia peccata, docet S. Thomas, & S. Gregorij dictum explicat. Vnde mirum non est, superbiam solam habere Deum aduersarium, & specialiter contrarium, non sic alia vicia; ut ait Castianus. Quanum, inquit, est malum superbie, ut non Angelum, non alias virtutes sibi contrarias, sed ipsum Deum aduersarium habere mereatur? Notandum sequidem est, quod nequam dixerit, super hū, qui ceteris viciis sunt involuti, quod habeam sibi Deum resistentem, id est, Deus Gastrimargi, forniciarii, iracundi, seu philarigris aduersatur; sed soli superbii. Illa namque vicia, vel in unumque delinquentium, tantummodo retrahentur, vel in suis participes, id est, in alios homines, videntur admitti, hec vero propriè pertingit ad Deum: & idcirco, eam speciæliter digna est habere contrarium. Quod sane motuum, adeò est efficax, vt S. Basilius, cum interrogatus esset, quomodo possit sanari superbis, responderit: si fidem habuerit sententia illius, qui dicit: Dominus superbis resistit. Magna enim est res, infinitam omnipotentiam, sibi habere resistenter. Vnde S. Ambrosius, hunc ipsum Scripturæ locum ponderans, ait: Dominus, tanquam sue contumelie propagulator, veluti quoddam suscepit aduersus superbiam, speciale certamen: tanquam dicat: meus iste aduersarius est, qui me lacebit: mihi debetur ista congreßio. Tanti autem aduersarij congreßionem, & veluti singulare certamen, quis non metuat?

1. Pet. 5. 5.

1. Pet. 5. 5.